



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

XVII. De religiosis domibus, & montib. pietatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

sententiam excommunicationis incurrant, à qua nisi in
mortis articulo constituti, ab alio quàm Romano Pon-
tificis absolutionis beneficium nequeant obtinere. Ro-
ma 4. Non. Jun. 1569.

TITVLVS XVI.
DE DECIMIS.

Sixtus V. Ex Bulla cœnz Domini.

*Ecclesiasticis personis decimas & alia onera imponere absque
licentia Pape, excommunicantur.*

CAP. I.

Excommunicamus & anathematizamus omnes e-
os qui aut collectas, decimas, tales, praesentias, &
alia onera clericis, praetatis, & aliis personis Eccle-
siasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, monasteriorum, alio-
rum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque
fructibus, redditibus, & proventibus huiusmodi absque
Rom. Pontific. speciali & expressa licentia imponant;
& diversis etiam exquisitis modis exigunt; aut impo-
sita etiam à sponte dantibus & concedentibus recipiunt;
neque qui per se, vel alium, seu alios, directe vel indire-
cte praedicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem
auxilium, consilium, vel favorem, aut votum, seu iustifi-
candum palam vel occulte praestare non verentur, cuiuscun-
que sint praeminetia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut
status, etiam si Imperialis, aut Regalis praesentiam, aut
tate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & si publice
& alii potentatus quicunque, etiam regni, provinciae, ci-
vitatibus, & terris quoquomodo praesidentes, aut quavis
etiam Pontificali dignitate insigniti; Innovantes decreta
super his per sacros canones tam in Lateran. novissime
celebrato, quàm aliis Conciliis generalibus edita, etiam
cum censuris & poenis in eis contentis.

TITVLVS XVII.
DE RELIGIOSIS DOMIBVS, ET MON-
ASTIIS PICTATIS.

Pius IV.

*Piorum locorum & monasteriorum exemptione ab onere hospitian-
di militum.*

CAP. I.

Cum, sicut non sine gravi dolore nobis innouit,
omnia & singula, seu quae amplius in huius alme
urbis, ac etiam nostri Ecclesiastici conventus &
monasteria, & alia Ecclesiastica & pia loca, tam secula-
ria quàm regularia, & à personis religiosis, quoquomodo
inhabitata, eo tempore, quo equites & milites ejus-
dem almae urbis ac status Ecclesiastici praefati pro defen-
sione ipsius urbis & status aduersus infestissimum Turca-
rum tyrannum, vel ob alias, quae pro tempore sese offe-
runt, causas expediti, & ad diversa ejusdem status loca
transmitti contingit, ab eisdem equitibus & militibus
perturbentur & molestantur, ipsiq; conventus, monaste-
ria, & alia Ecclesiastica, & pia loca in eorundem equitum &
militum distributione nonnullis eorundem equitum &
militum intra eorum domos & monasteria hospitio exci-
pere & recipere cogantur, in maximum eorum detrimen-
tum, divini cultus perturbationem, gravissimum religio-
nis dedecus, Dei optimi offensam, & non solum prae-
ter omnem nostram intentionem, verùm etiam intolerabilem
animi nostri amaritudinem. Qua propter nos in praemi-
sis quantum cum Deo possumus de optimo remedio ce-
leri manu providere, ac monasteriorum, & aliorum Ec-
clesiasticorum & piorum locorum huiusmodi persona-
rum Deo altissimo die nocturne famulantium quieti, in-
tegritati, & decori consulere volentes, motu simili, & ex

cetta nostra scientia, ac de Apost. potestate praesentibus
universis & singulorum dicitur almae urbis, quae in
status praefati Gubernatoribus, Forfezaribus, Ducibus, &
Capitanis, communitatibusque & universitatibus, &
aliis ad quos spectat & pertinet, ac spectabit, im-
bit quoquomodo libet in futurum, ne dantez praesentibus
temporibus in eorundem militum, & equitum dis-
tributione, tam in transeundo, quàm in eisdem commo-
do, communitatibus, & universitatibus, praedictis ad dantes
equites ac milites in eisdem monasteriis, communitatibus,
& aliis Ecclesiasticis & piis locis sub quocunq; nom-
millium ducatorum auti Cameræ Apostolicæ sub quocunq;
plicandi, & aliis arbitrii nostri potestate quocunq; colore,
causa, ingenio, five per se, five per alios, cogere, vel ad illos
recipiendum, & hospitio excipiendum, cogere; ipsi vero
Capitanis & Ducibus ne ad dantes eos equites & milites
sub indignatione nostra, aliusque etiam arbitrii nostri
potestate in dictis monasteriis, coenobiis, domibus, & aliis
Ecclesiasticis & piis locis, etiam communitatibus, & uni-
versitatibus, & aliis officialibus, quibuslibet, & aliis
Gubernatoribus vero, & ipsarum civitatum, & locorum
Praetoribus, ac aliis officialibus quibuslibet, & aliis
praemissa ab ipsis communitatibus & universitatibus, &
Capitanis, & Ducibus fieri, sub ejusdem indignatione
nostra, ac etiam privationis officiorum, & pensionum
respective poenis auctoritate Apostolica, & alia, non
permittant, inhibemus, praecipimus, committimus, &
mandamus. Et insuper tam illis, quàm equitibus, &
militibus praefatis, ne monasteria, coenobia, & alia
huiusmodi in personis, rebus, & bonis, aut aliis de
quoquomodo libet molestant, perturbent, inquietent, &
quietare, seu molestari, perturbari, vel alia negotia
facere audeant, seu praesument, in virtute huiusmodi
sententiae, & sub iam dictis poenis eadem auctoritate
committimus, praecipimus, committimus, & mandamus, ut
monasteria, coenobia, domos, & alia Ecclesiastica & pia
locum ex nunc ab eisdem militibus & equitibus, & aliis
illos hospitio excipiendi, metu, & auctoritate praesentibus
excipiendi, & totaliter liberando, ac libere & immo-
niam faciendi.

Idem.

*Ordinis mendicantium coenobia, monasteria, & pia loca
sua, subsidia & hospitium militum eximuntur.*

CAP. II.

Dum ad uberes, quos sacri mendicantium ordinis
agro dominico quoti die faciente, fructus merito
aspicimus, & atentez consideracione indagine persequimur
mur ipsorum religionis sinceritatem, & voluntatem
pertatis habitum, in quibus sub humilitate ipsorum
tum altissimo praesentibus famularum, dignum, quo
debitum reputamus, ut illis ea libere concedamus, quo-
quae se motis quibuslibet gravantibus propositis
iisdem altissimi inhaereant ferventibus. Hinc est
volentes eisdem mendicantium ordinem, & alios
lios eorum fratres, & Monachos, excessusque praesentibus
etiam moniales qualibet ejusdem ordinis sub illorum
cura degentes, specialibus fratribus & gratia propositis
motu proprio non ad alios nosis super locorum
petitionis instantiam, sed ex certa nostra auctoritate
Apostolicæ potestatis plenitudine, quibus ea deinceps
perpetuis futuris temporibus fratribus, Monachis, &
dicantium ordinem huiusmodi fratres, Monachos, &
ceteros filios in Christo moniales seu sorores, ac alios
sexus personarum regulares, quibuslibet monasteriis, coenobiis,
domibus, & aliis Ecclesiasticis & piis locis, & aliis
locis etiam unitis, ac membris, & dependentiis, & aliis
alia omnia & singula mobilia & immobilia, & aliis

ventia, & ubilibet, ac in quibuscunque rebus consisten-
tia bona, necnon eorum in dictis bonis laboratores, co-
loni, arrendatarii, locatarii, & affictuarii, negotiorumq;
suorum gestores universi quomodolibet nuncupati, nunc
& pro tempore efficientes in perpetuum, ab omnibus &
singulis exactionibus tam urbanis, quam rusticis, necnon
datis, gabelis, pedagijs, veltigalibus, collectis, imposi-
tionibus, & oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, ac
tam realibus, quam personalibus meris & mixtis, etiam
subsidio triennali, & augmento, ac focalibus, equo-
rum taxis, militumque hospitij, ac alijs quibuscunque
nominibus nuncupati quavis auctoritate quomodoli-
bet impostis & imponendis, & quae laicis ac alijs qui-
busvis quomodolibet imponi consueverunt, & in futu-
rum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium,
& retum cuiuscunque generis vel qualitatis existentium,
tam per mare & aquam dulcem, quam per terram un-
decunq; & quomodocunq; pro tempore delatarum,
necnon animalium quorumcunque mortuorum & vivo-
rum, & quae alias quomodolibet & ex quavis causa ac lu-
per quibuscunque rebus, tam in alma urbe nostra quam
extra eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exi-
gentur, necnon a contributionibus, & solutionibus in
illis faciendis, actam pro victu & vestitu, quam quocun-
que alio usu suo tantum, ac tam emendo quam venden-
do, & alias quomodolibet negotiando, necnon etiam a
solutione quadrantis pro singulis libris carnis & ani-
malibus, quae nunc & pro tempore ex armentis occidi
contigerit, necnon etiam quae in suis aedibus, praedijs, &
possesionibus privatim detinent & nutriunt, ac a contri-
butione sumptuum & expensarum, quae aliquando pro
pontibus, vijs, aqueductibus, muris, moenibus, alijsve ma-
chinis fruendis & reparandis seu reficiendis, ac civita-
tum, terrarum, & locorum quorumcunque; fortificationi-
bus, necnon etiam alijs in omnibus & per omnia, ac tam
in dicta urbe quam extra eam ubilibet penitus & omni-
no liberi, immunes & exempti, ac liberae & exemptae, li-
beraq; immunita & exempta sint, & esse censentur, ac pro
talius teneantur & reputentur. Quodque tertiae, agri,
possiones & loca arativa, ut praefertur, in illis quae ali-
quando pro patris animalium ad certum tempus refer-
vantur, nullatenus unquam comprehendantur, nec com-
prehendi censentur, ac etiam monasteria, coenobia, alia-
que omnia regularia loca praedicta, pro quorumcunque
militum tam equitum quam peditum hospitij, quemad-
modum magno cum nostro dolore hucusque in pleriq;
locis factum compertimus, nequaquam assignentur, nec
assignari debeat. Rom. 29. Jul. 1566.

**Leo Decimus, ex Concilio Latera-
neni.**

*Montes pietatis Christiana charitate erecti, & auctoritate Aposto-
lica probati & confirmati, & ab usurario favore alieni liciti sunt.*

CAP. III.

Inter multiplices nostrae sollicitudinis curas, illam in
primis suscipere pro nostro pastoralis officio debemus,
ut quae salubria & laudabilia, ac catholicae fidei con-
sona, & bonis moribus conformia, nostro tempore non so-
lum enucleentur, verum etiam ad posterum propagentur,
& quae materiam scandali praebere possent, penitus suc-
cidantur, & radicibus extirpentur, nec pullulare usquam
sintantur in agro Dominico, & vinea Domini Sabaoth,
ea dumtaxat conferri permittere, quibus fidelium men-
tes palce spiritualiter possint, & ad carnis zizanias, & olea-
stri sterilitate succisa. Sane cum olim inter nonnullos
dilectos filios sacrae Theologiae Magistros, ac Iuris utrius-
que Doctores, controversiam quandam non sine populo-
rum scandalo & murmuratione exortam, & nuper his die-
bus innovatam esse compertimus, circa pauperum re-
levationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis,
qui Montes pietatis vulgo appellantur, quique in multis

italiae civitatibus, ad subveniendum per huiusmodi mu-
tuum pauperum inopiae, ne usurarum voragine degluti-
antur, à civitatum magistratibus, & alijs Christi fidelibus
sunt instituti, atq; à sanctis viris divini verbi praecibus
& laudati & persequi, ac à nonnullis etiam summis Pon-
tificibus praedecessoribus nostris probati & confirmati,
sunt praefati Montes à Christiano dogmate dissonantes,
vel non-juratae parte diversimode sentiente, atq; nonnul-
lis enim Magistris & Doctoribus dicentibus, eos Montes
non esse licitos, in quibus aliquid ultra fortem pro libra,
decurso certo tempore, per ministros hujus Montis, ab ip-
sjs pauperibus quibus mutuum datur, exigitur, & pro-
pterea ab usurarum crimine, injustitiae, seu ab aliqua
certi speciei mali, mundos non evadere; cum Dominus
nostrer, Luca Evangelista attestante, aperte nos praeccepto
obstrinxerit, ne ex dato mutuo quicquam ultra fortem
sperare debeamus. Ea enim propria est usurarum inter-
pretatio, quando videlicet ex usu rei quae non germinat,
nullo labore, nullo sumptu, nullo periculo, incrementum
forusq; conquiri studetur. Addebant etiam iidem Magi-
stri & Doctores in ijs Montibus, neq; commutative, neq;
distributive iustitiae fieri satis, cum tamen iustitiae termi-
nos contractus huiusmodi excedere non debeant, si de-
beant approbati. Idq; praeterea probare nitebantur, quia
impenza pro huiusmodi Montium conservatione, à plu-
ribus (ut ajunt) debetur, à solis pauperibus quibus mutuum
datur, extorqueantur, pleraq; interdum ultra necessa-
rias & moderatas impenzas, non absq; speciei mali, ac in-
centivo delinquendi, quibusdam alijs personis (ut infer-
re videntur) exhibeantur. Alijs vero pluribus Magistris &
Doctoribus contra afferentibus, & in multis Italicae Gym-
nasii verbo & scripto conclamantibus, pro tanto bono,
tanquam Republicae pernecessario, modo ratione mutui
nihil petatur neque speretur, pro indemnitate tamen eo-
rundem montium, impenzarum videlicet ministrorum
eorundem, ac rerum omnium ad illorum necessariam
conservationem pertinentium, absq; montium huiusmo-
di lucro. Idq; moderatum & necessarium ab ijs ex huius-
modi mutuo commodum suscipiant, licite ultra fortem
erigi & capi posse, non nihil licere; cum regula juris ha-
beat: Quod qui commodum sentit, onus quoq; sentire
debet, praefertim si Apostolica ceciderit auctoritas. Quam
quidem sententiam à saec. rec. Paul. II. Sixto IV. Inno-
centio VIII. Alexandro VI. & Julio II. Rom. Pont. praed-
ecessoribus nostris probatam, à sanctis quoque ac Deo
devois & in magna, ob sanctitatis opinionem, existima-
tione habitis, Evangelicae veritatis praedicatoribus pra-
dicaram esse ostendunt. Nos super hoc (pro ut nobis est
ex alio concessum) oportune providere volentes, alteri-
us quidem partis iustitiae zelum, ne vorago speriretur u-
surarum, alterius pietatis & veritatis amore, ut paupe-
ribus subveniretur; utriusque verò partis studium com-
mendantes, cum haec ad pacem & tranquillitatem totius
Reipub. Christianae spectare videantur, sacro approbante
Concilio declaramus & diffinimus, montes pietatis aue-
dictos per Respublicas institutos, & auctoritate sedis Ap-
ostolicae probatos & confirmatos, in quibus pro eorum
impenzis & indemnitate aliquid moderatum ad solas mi-
nistrorum impenzas, & aliam rerum ad illorum conser-
vationem (ut praefertur) pertinentium, pro indemnitate
duntaxat, ultra fortem, absq; lucro eorumdem montium,
recipitur, neq; speciem mali praeferre, nec peccati incen-
tivum praefare, neq; ullo pacto improbari, quinimo me-
ritorum esse, ac laudari & probari debere, tale mutuum
minime usurarium putari, licetque illorum pietatem &
miseri cordiam populis praedicare, etiam cum indulgen-
tijs à sancta sede Apostol. eam ob causam concessis. Ac
deinceps alios etiam similes montes, Apostol. sedis ap-
probatione erigi posse. Multo tamen perfectius, multoq;
sanctius fore, si omnino tales mores gratuiti constituerentur,
hoc est, si illos erigentes, aliquos census assignarent,

quibus si non omni, saltem vel media ex parte, hujusmodi montium ministrorum solentur impense, ut ad leviorum aris solvendi portionem, medio hoc pauperes gratari contingat, ad quos cum hujusmodi census assignatione, pro impensarum supportatione erigendos. Christi fideles majoribus indulgentiis invitandos esse decernimus. Omnes autem religiosos & Ecclesiasticos ac seculares personas, qui contra presentis declarationis & sanctionis formam de cetero predicare, seu disputare, verbo vel scriptis, ausi fuerint, excommunicationis late sententia poenam, privilegio quocumque non obstante, incurrere volumus. Roma in Concil. Lateran. 4. Non. Maji 1515.

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Licentia hactenus concessa mulieribus ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium, & aliorum quorundam regularium ordinum, etiam mendicantium, revocatur.

CAP. IV.

Regularium personarum que relicto seculo Deique obsequio dedicarunt, pro commissis nobis officio quieti consulere cupientes, ad ea removenda, que religiosum earum propositum impedire possunt, curam nostram libenter impendimus, ut nulla re, que eas à divino cultu avocet, prepediat, secundum ordinem suorum regularium instituta, & decretum sacri Tridentini Concilii, tranquillis mentibus gratum altissimo impendere possint famularum. Quia igitur & Carthusiensium ordinis, & aliorum regularium vitam professorum quies non parum solet, sicut accipimus, perturbari, propterea quod mulieres, modeste matronales obliata, domos ac monasteria eorum contra ipsorum instituta, pretertextu confessionum, illius, aut aliarum literarum Apostolicarum, ingredi audeant, ipsi etiam Abbatibus, Praepositis, Prioribus, & aliis praesidentibus aliquando recusantibus & renitentibus, non sine magna eorum molestia, nec sine gravi laesura etiam offensione ac scandalo, si quando admitti nimis facile videantur: huic rei providere volentes, modum etiam offensione ac scandalo, si quando admitti nimis facile videantur: huic rei providere volentes, modum proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, omnes & singulas facultates ac licentias ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium & aliorum quorumcumque regularium ordinum, etiam mendicantium, mulieribus cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, ac praesentia praeditis, etiam Comitibus, Marchionibus, Ducibus, sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoris, aliisque fortioribus & efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis ab Apostolica sede quomodocumque concessas, quarum tenores perinde ac si de verbo ad verbum praesentibus infererentur, haberi volumus pro expressis, tenore praesentium revocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus, districte prohibentes mulieribus quidem praedictas facultates & licentias praesentibus, sub excommunicationis late sententiae poena, postquam harum literarum notitiam habuerint, à qua non possint, nisi à nobis, aut à Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolvi, praeterquam in mortis articulo, ne dictas domos & monasteria ingredi audeant. Ipsi vero monasteriorum & conventuum Abbatibus, Praepositis, Prioribus, & aliis Praesidentibus quocumque nomine vocentur, & eorum Monachis, canonicis, & fratribus, sive mendicantibus, sive non mendicantibus, sub privationis officiorum, quae in praesentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa & alia omnia, & suspensionis à divinis, ipso facto sine alia declaratione incurrendis poenis, ne eas introducere, admittere, vel praesumant.

Gregorius XIII. Ex Concilio Tridentino.

Abgredi intra septa monasteria nemini licent, nisi, si quae sexus.

condetanti aut atari fuerit, sine licentia Episcopi, super ipse scriptis obtenta, qua nec uti concedatur nisi super rationabilibus.

CAP. V. Vbi gratia & indulgia ab hac sede concessa, licet temporis incommodum afferere noverant, repudiat illa salubri praesidentis concilio innovari. Proinde Sanctionum quieti & tranquillitati, condoleat omnia quae illas à spiritualium rerum cognitione, exercitio avocant impedimenta tollere, pernitentia scandala ab eis removere cupientes, & auctoritate praesentium revocamus & abolemus omnes & quocumque licentias ac facultates ingrediendi monasteria, domos, & loca monialium, ac etiam virorum quorumcumque, quibusvis etiam Comitibus, Marchionibus, Ducibus, & aliis cujuscunque status & conditionis mulieribus, ac etiam omnes & quacunque licentias ingrediendi monasteria, domos, & loca ipsarum Sanctionum, quocumque vitis, etiam eisdem status & dignitatis, quocumque conditionis, quocumque tenore, & quocumque derogatoriis, reo actorum retractorum, aliorumque derogatoriis clausulis, irritantibusque, & aliis de eorum tenore derogatoriis, & ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine, atque de Imperatoris, Regum, & Principum, aliorumque Principum concepcionibus, supplicationem concessas, confirmatas, & eorum tenore vicibus renovatas, cassamusque, & annullamus, & de lapsis confectas & processas habito per cellam habentes eisdem qui illas obtulerunt, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda, & super quibus nullo à Romano Pontifice (praeterquam in mortis articulo) abolitionis beneficium possit impetrari, quocumque licentiarum praetextu monasteria hujusmodi quomodocumque ingredi audeant. Abbatibus vero, praepositis, prioribus, & aliis praesidentibus quocumque nomine vocentur, & eorum Monachis, canonicis, & fratribus, sive mendicantibus, sive non mendicantibus, sub privationis officiorum, quae in praesentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa & alia omnia, & suspensionis à divinis, ipso facto sine alia declaratione incurrendis poenis, ne eas introducere, admittere, vel praesumant. Romae Idibus Junii 1575.

TITVLVS XVII. DE REGVLARIBVS ET RELIGIOSIS extra claustra vagantibus.

Paulus Quintus.

Tamen eorum qui in eorum legibus & regulis non vivunt, & professi vix in iustis & discretis & ad alia ordines regunt.

CAP. I.

Postquam divina bonitas nos (sicut immemorabili summi Apostolatus fastidium adhaerere dignum est, nunquam cessavimus ab illis, qui in disciplina Dei, seu nimia sedis Apostolicae indulgentia, & immunitate malicia irrepleta cernuntur, pro vitibus vitium, & Ecclesiam ipsam in pristinum ordinem reducere, & vestras ad hoc sub certissimas conditiones & obsequia...